e-codices

feritatesq; vincere videbatur, quis dixerit? an consiliorum
furor praecipitantia? at prosperabat omnia, disposuerat uni-
versa, omnia summi Imperatoris officia compleverat, an ho-
stium ingens turma et copia? at multa millia eum vincere
non potuerunt. an longa ab ipsorum fuga eum abiecit? at
ipse pugnaverat, deprioribusq; hostium globis se se inieci-
rat. aequis ergo invictissimum hunc heroem dixit? an oculus
imo verò unus oculus. Lusit cum muliere Assyria, et captus
est in oculis suis Holofernes, ac simul Urbem, libertatem,
vitamq; perdidit. Pro Deos obsecro! qui nec honoris aura,
neq; periculorum metu, nec adversis aut prosperis rebus se
facile moveri patiebatur, uno oculorum iactu commotus est;
quem non fortuna indulgentia, non copia luxusq; regius ad
segnitiem mollitiemq; detorquere, unus oculus sine periculo
detorsit. Et quis nos cum prorogarentur nostra Eva e volup-
tatis paradiso, in hanc miseriarum vallem, e patria in exi-
lium, è coelo in infernum eduxit, eiecit ac deturbavit?
an non oculus? vidit mulier quod bonum esset lignum ad
vescendum et pulchrum oculis, aspectuq; delectabile, atq;
uno iactu oculorum perdidit paradysum. Vidit quod

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 177v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/177v)